



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antonini Liberalis Transformationum congeries

Antoninus <Liberalis>

Basileae, 1568

VD16 A 2960

In Phlegontis Mirabilia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70288](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70288)

ker non parum potest adferre adiamenti. Ibi Hy-
rie est, quæ hæc Thyria. fortasse hoc rectius. Ego in
uertendo, sensum sæpe, etiam verbis ~~ale~~ cohæren-
tibus in textu expressi. Cuius rei (ut vnum exem-
plū citem) habes euidēs indicū in fab. XXXVIII.
de Acasto & Peleo: cuius rei Horatius in Oda ad
Asteriam meminit. Annotando autem omnia perse-
qui neque volui, neq; erat ocium.

IN PHLEGONTIS Mirabilia.

Valde prodigiose sunt hæc siue fabulae, siue hi-
storiae. Dico, siue historiae: quia nimium patroci-
nari videntur diabolo, multoq; meliorem minusq;
timendum facere, qui nihil tale factum fuisse, aut
fieri posse ipsius artibus putant. Altoqui quæ
de Euplago referuntur, & horum similia, planè
figmentum esse, cur quis credat, cause sunt satis
iustæ. Ego in medio rem relinquo. Prima nar-
rationis caput deest. Videtur summa hæc esse: Phi-
linnam Damostrati & Charitū filiam, clām cum
hospite Machata, etiam vita functam consueisse,
idq; nutricem deprehendisse.

1 In Aetoliam.) In Græco omnino est, eis l'ra-
nia mendoza.

2 Thrinaciamq;.) Θρινακιλια: Siciliam nimi-
rum. Nam tametsi perulgatum est, eam insulam
à tribus nobilibus promontorijs dictam esse τρινα-
κιλια

μεῖαν: tamen et apud Suidam θύρας Sicilia: ut
puto, dicta à ventilabro, cuius in tanta fertilita-
te ea in insula plurimus usus fuit. ne quid de falce
dicam.

3 Romam perlatis.) Διπλωθέντωρ. Malleum
Διπλωθέντωρ, multo magis Διασπορά.

4 Nisææ quando.) Annotatum est de his
aliquid in Pyrrhium Plutarchi, à nobis. Codex
hic Νησαῖαι per se habet constanter. Apud Strabo-
nem lib. XI. Plin.lib. 6. cap. 25. Et in Dionysio
Afro, ibiq; Eustathio, et eodem in Iliad. B. 558 de-
nique apud Suidam, ubi series litterarum ambigui-
tati obstat, perlegitur. quod et secutus sum. Ce-
terum ad hunc locum in margine annotata sunt, quæ
sequuntur, et in quibus legendis ob rariissimam et
obscurissimam characterū ab usitatoribus discre-
pantiam me non nihil torsti. μεταξὺ Σουσιανὸς
καὶ βαντριανὸς τόπῳ ἐγίνεται Καταστήσια, ὅπερ ἔλλοι
νομίζουσι Δηλοῖ. ἐνταῦθα ἵπποι διάφοροι γίνον-
ται, εἷς δὲ πάσσαι ξανθαῖ. Οὐδὲ Εὐριπίδης πρὸς
τὴν ἐρυθρὰ θαλάσσαν τὴν Νησαῖαν φησὶ εἶναι. Inter
Sufianam (inquit) et Bactrianam locus est Cata-
stigona, que vox Græcè neson, id est insulam, si-
gnificat. Ibi equæ præstantes nascuntur, fuluæ o-
mnes. Euripides Nisæam ad rubrum mare col-
locat.

5 Meuaniae.) Μηουνία. Umbriæ urbem es-
se Meuaniam, vel ex nono Linij libro est mani-
festum

festum. Notum porro, & pro consonante vñst
pari à Græcis, cùm Latina vocabula transcribunt,
hac litera substitutis. itaq; mirum non est & ex μηδε
vix esse extritum. Horum exemplorum non dissimili-
lia Plinius 7. 4. citat ex Annalibus, ne quis nimis
Græcas esse putet has narrationes. De Consulatu
nominibus remitto te ad Annales.

6 Oraculū satis.) ἀρχὴν. επιτι autem hīc legi
pro ἐν, cùm πόμη nominatiuo casu legatur. ταῦτα
φύλων appellatiū duxi. Cetera in margine an-
notauit. Et res digna nō est in qua laboretur. Ego
ita verti, vt qui in nugis difficultibus nugari libere
statuissem: ne de hoc oraculo Delphos pro natato-
re mittere cogerer.

7 Finibus Imperatoris.) ὁρίοις. Forte ὅποις,
hortis. Sed & suprà Euryopa Nili filia bis pon-
tur mendozae.

IN FRAGMENTVM de Olympijs.

Tōp te) Lego θῶν τότε

Λαῖοι ἀνάντοι.) Codex erat literis rara forme
& antiquitatis conscriptus. aliam tamē lectionem
exculpere non potui. Forte ταῦτα ἀνάντοι scribē-
dum fuerat. Loco ἐποτιψ, est ἐπτλῶ in margine:
quod adhibita συνίστοις versus tolerat. Quid au-
tem sit οὐρανὸν αἰώνα? Ego legerem οὐρανὸν eis au-
sic Pelops Græcae ciuitatis autor intelligeretur.

IN